Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26007
Copyright: Admont, Benediktinerstift

se salutem. Scriptum est enim. Sequenti uero sabbato
pene uniuersa ciuitas conuenit audire uerbum dni.
Videntes autem turbas iudei repleti sunt zelo. et contradicebant
his que a paulo dicebantur. Et alibi fideles etiam fres ad
uersus aptorum principem disceptabant dicentes.
Quare introisti aduros preputium habentes. et manducasti cum
illis. Stans autem zacheus. dixit ad dnm.
Ecce dimidium bonorum meorum dnc do pauperibus.
et si quid aliquem defraudaui reddo quadruplum.
Alius calumniantibus hominem peccatorem. ipse
zacheus stans idem in ea qua ceperat fidei ueritate per
sistens. non solum se ex peccatore conuersum. sed etiam
inter perfectos probat esse conuersatum. Dicente enim dno
si uis perfectus esse uade. uende omnia que habes et da
pauperibus. quisquis ante conuersionem innocenter uixerit.
omnia conuersus potest dare pauperibus. At qui aliqua
fraude sustulit. primo hec iuxta legem reddere. deinde
quod sibi remanserit debet dare pauperibus. ac sic et
ipse quia sibi nihil retinet omnia sua dispergit et dat
pauperibus. iustitia eius manet in secl̃m seculi.
Et hec est sapiens illa stultitia. quam desycomoro publica
nus quasi fructum uite legerat. rapta uidelicet redde
re. propria relinquere. uisibilia contemnere. primusi
bilibus etiam mundi deserere. se ipsum abnegare. et eius
qui nec diu uidetur dni uestigia sequi cotidie cupiscere.